Ista igitur est intelligentia filiorum Chore, istud eruditionis canticum, juxta Hebraicum, nam *Melchil* apud eos *eruditionem* vel *doctissimum* sonat. Idida antiquum nomen est Salomonis, quod tam *pacificum* quam et *dilectum* sonat (col. 1010).

Recte, qui in saeculorum fine mutandi sunt, de quibus apostolus loquitur: *omnes dormiemus, sed non omnes inmutabimur,* referuntur ad finem. et hoc ipsum mysterium lectorem praeparat ad intellegentiam

Quia vera intelligentia plenam affert eruditionem; sicuti et vera eruditio intelligentiam viri prudentis. Ac per hoc, ut dixi paulo superius, mysterium hujus cantici lectorem spiritalem requirit et intentum. Alioquin

spiritalem. ubi enim simplex et apertus est sensus, quid necesse est audientem intellegentiae praemoneri et dici ad eum: *qui habet aures audiendi, a u d i a t ?* canticum quoque canitur carissimo atque dilecto, quia propter illum ueniet sanctis promissa mutatio (p. 620).

ubi simplex est sensus et apertus, quid necesse erat audientem praemoneri verbo intelligentiae, et dici ad eum: *Qui habet aures audiendi, audiat?* Eruditionis quoque canticum canitur amantissimo et dilecto, canitur victori et pro triumpho; canitur autem pro floribus et liliis, canitur et pro his qui commutabuntur (col. 1010).

Ubicunque enim in Scripturis sacris intelligentia requiritur, non carnale aliquid aut terrenum, sed spiritale totum atque arcanum divinitus commendatur (col. 1002).

Pro quo interpretatus est Symmachus: *commotum est cor meum uerbo bono* indicans ad alterius sermonem cor dicentis motum et spiritu sancto futura Christi sacramenta pandente etiam hunc in eloquium prorupisse, ut, quemadmodum ceteri de aduentu eius locuti sunt, et iste loqueretur.

Verumtamen Symmachus longe aliter transtulit: *Commotum est,* inquit, *cor meum verbo bono,* quasi dicat de alterius sermone cor prophetae, vel cujuslibet dicentis, commotum; ita Spiritu sancto futura Christi pandente sacramenta, ipsum etiam in eloquium prorupisse, quatenus et ipse, quemadmodum caeteri prophetae, de adventu Christi loqueretur (col. 1020).

Ructus autem proprie dicitur digestio cibi et concoctarum escarum in uentum efflatio. quomodo ergo iuxta qualitatem ciborum de stomacho ructus erumpit et uel boni uel mali odoris flatus indicium est (p. 621 f.).

Est autem proprie ructus digestio cibi, et concoctarum escarum in auras efflatio. De cujus nimirum afflatu, juxta qualitatem escarum, aut collectionem stomachi, flatus boni malive odoris erumpit, qui ructus dicitur (col. 1020).

Quidam ex persona patris dictum intellegi uolunt, quod ex imis uitalibus et cordis arcanis uerbum suum, quod in se erat semper.

Eo quod ex intimis, vitalibusque cordis sui visceribus verbum suum, quod in se semper erat, se astruit eructasse (col. 1015).

Protulerit iuxta alterius psalmi uaticinium: *ex utero ante luciferum genui te*, et quomodo uterus non significat uterum—neque enim deus diuiditur in membra—, sed eandem substantiam patris filiique demonstrat, sic cor et uerbum, quod profertur ex corde, patrem ostendere et filium.

Idcirco amantissimus Filius Verbumque bonum de corde Patris, sponsae missus ad nuptias nuntiatur, ut idem amplius omni charitate in animo diligatur. Non quod Deus Pater corporeus credi debeat, ut cor, aut uterum, caeteraque habere membra intelligatur; sed ut per corporalium efficientiarum nomina, divinitatis ejus arcana concipiantur. Non enim membris corporalibus consistit Deus. Nam alibi generationem Filii cum vellet commemorare, ait: *Ex utero ante luciferum genui te* (col. 1014 f.).

Et quod sequitur: *dico ego opera mea regi,* illi coaptant intellegentiae: *ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt,* quod dicente patre operatus sit filius; omnia, quae pater facit, eadem et filium facere similiter et patrem manentem in eo operari cuncta per filium. *Dico ego opera mea regi.* propheticus chorus Christi ecclesiae sacramenta dicturus, ne carmine uideatur indignus et ob conscientiam peccatorum dicatur ei: *ut quid tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum?* opera sua regi, quem laudaturus est, confitetur, ut uel, si bona sunt, ipse suscipiat uel, si mala sunt, mundet; facitque, quod iussus est: *dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris,* et: *iustus accusator sui est in principio sermonis* (p. 622 f.).

Unde sequitur: *Dico ego opera mea regi.* Vox Patris continuatur qui praedicat de Filio, quod ei sua indicet opera, juxta illud quod ait: *Ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt* (col. 1021).

Hinc dictum est quod omnia quae Pater facit eadem et Filius similiter facit; nec potest Filius facere, nisi quod viderit Patrem facientem. Caeterum juxta Symmachum propheticus chorus Christi Ecclesiae sacramenta dicturus, ne carmine videatur indignus, loquitur. Cum quibus et vos sanctimoniales Christi, choros vicissim ducentes, pandite opera vestra regi Deo, sponso vestro, ne ob conscientiam peccati dicatur: *Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?* Opera vestra regi Deo confitemini, ut vel si bona ipse suscipiat; vel si mala, misereatur et mundet; juxta illud: *Dic tu prius iniquitates tuas, ut justificeris, quia justus accusator est sui, in principio sermonis* (col. 1022).

Lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. pro quo nos interpretati sumus: *lingua mea stilus scribae uelocis.* extrema pars prologi est; et cum praecedentibus iunge, quod sequitur: eructuauit cor meum in laudes dei sermonem bonum et opuscula mea, quibus eum praedicaturus sum, ipsi potissimum consecraui. debeo ergo et linguam meam quasi stilum et calamum praeparare, ut per illam in corde auribus audientium scribat spiritus sanctus; meum est enim quasi organum praebere linguam, illius quasi per organum sonare, quae sua sunt (p. 623 f.).

Lingua mea calamus scribae velociter scribentis. Pro quo Hieronymus interpretatus est, *Lingua mea stylus scribae velocis* (col. 1022).

Eructavit cor meum verbum bonum, et omnia mei actus opuscula tibi Domino consecravi; interea et lingua mea ac si calamus scribae velociter scribentis, non solum ut consodales doceam, quae Spiritus infuderit et personuerit quasi suo in organo (col. 1023).

Mea autem lingua in similitudinem scribae uelocis, quem notarium possumus intellegere, quodam signorum conpendio breuiatum euangelii strictumque sermonem exarabit in tabulis cordis carnalibus. si enim lex per manum mediatoris digito dei scripta est et, quod destructum est, glorificatum est, quanto magis euangelium, quod mansu-

Lingua mea stylus scribae velocis, notariorum velocitatem scribendi volens exprimere. Sed velocior lingua Patris, qua Spiritus sanctus designatur, cujus adventus doctrina est orbi terrarum. Per quem lex ac si digito Dei scripta est tabulis lapideis, per quem inspirati sancti Dei omnes futura dixerunt, et quae divina sunt ediderunt (col. 1022).

rum est, per meam linguam scribetur a spiritu sancto, ut illius laudes, ad quem in Isaia dicitur: *uelociter spolia detrahe, cito praedare*, uelox in corde credentium sermo describat!

Cujus nomen Isaias declarat futurum: *Velociter scribe, spolia detrahe, cito praedare.* Ideoque bene Spiritus sanctus calamus scribae velociter scribentis dicitur (col. 1023).

Speciosus forma prae filiis hominum. in Hebraico: *decore pulchrior es filiis hominum.* finito prohoemio hinc narrationis exordium est et fit apostropha ad ipsum amantissimum et dilectum et regem, cui dicentis opera consecrata sunt. quaeritur autem, quomodo pulchrior sit cunctis filiis hominum, de quo legimus in Isaia: *uidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed erat species eius inhonorata et deficiens a filiis hominum; homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem, quia auertit faciem suam.* nec statim scriptura dissonare uideatur, quia ibi ignobilitas corporis propter flagella et sputa et alapas et clauos et iniurias patibuli commemoratur, hic pulchritudo uirtutum in sacro et uenerando corpore.

Verbum Patris de quo omnia retro dicta sunt, quasi finito prooemio, facit hic narrationis exordium, et facit apostrophen, ad ipsum amantissimum triumphatorem, cui omnia dicit opera sua, et consecuta sunt quaecunque de eo dicta sunt. De Chore, inquit, pulchriores filiis hominum. Sed rursus quaeritur quomodo pulchrior sit cunctis filiis hominum, quando legimus in Isaia: *Vidimus eum et non habebat speciem neque decorem, sed despectum virorum; species ejus inhonorata et deficiens a filiis hominum, homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem*, seu caetera quae de illo eo in loco a diversis interpretibus interpretatur. Ubi si bene consideras, nulla Scripturarum dissonantia generatur, quoniam ibi corporis

non quo diuinitas C h r i s t i hominibus conparata formosior sit—haec enim non habet conparationem—, sed absque passionibus crucis uniuersis pulchrior est.

ignobilitas, non propter se, sed propter flagella, sputa, et alapas, propter clavos quoque et irrisiones atque injurias patibuli, et alia quamplura q u a e pertulit probra benignissimus Salvator propter nos, unde nec reputatus est inter homines. Hic vero pulchritudo virtutum et honestas vitae, morum probitas atque forma, non minus justitiae, quam et totius bonitatis in eo laudatur. Non quod divinitas Christi hominibus comparata formosior dicatur, quia sicut paulo ante praemisi, nulli est comparanda, sed quia in forma servi et habitu hominis absque opprobriis et injuriis et passionibus crucis, speciosior prae cunctis refulsit hominibus (col. 1016 f.).

Uirgo de uirgine, qui non ex uoluntate uiri, sed ex deo natus est.

Quia e t s i mirabile e s t quod virgo de virgine natus est, nec minus mirabilius est quod idem non *ex voluntate viri, sed ex* Deo natus est (col. 1017).

Nisi enim habuisset et in uultu quiddam oculisque si-

Qua de causa d i c i t u r e t i a m a sanctis patribus

dereum, numquam eum statim secuti fuissent apostoli nec, qui ad conprehendendum uenerant, corruissent.

quiddam habuisse in vultu et in oculis sidereum, quo divinitus permulceret pios, et terreret reprobos. Alias autem nequaquam eum statim secuti essent apostoli ad unius jussionem; nec qui ad comprehendendum eum venerant prostrati mox sola voce corruissent (col. 1017).

Denique et in praesenti testimonio, in quo ait: *homo in p l a g a positus et sciens ferre infirmitatem*, r e d d i t causas, quare ista perpessus sit: *quia a u e r t i t faciem suam*, id est paululum diuinitate subtracta corpus iniuriae dereliquit (p. 624 f.).

Denique et in supradicto testimonio ubi ait: *Homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem*, r e d d i t causam, quare ista perpessus sit. *Quia*, i n q u i t, *avertit faciem suam*, id est, paululum auxilio divinitatis remoto, corpus injuriae dereliquit (col. 1017).

Accingere gladio tuo super femor tuum, potentissime, specie tua et pulchritudine tuo. in Hebraeo: *accingere gladio tuo super femor, fortissime, gloria tua et decore tuo.* istum arbitror locum te optime intellegere et accinctam Christi gladio militare. ut autem scias semp e r uirginitatem gladium habere pudicitiae, per quem truncat opera carnis et su-

Ubi et sponsus a Patre accingi jubetur, non qualicunque gladio, sed sicut in Hebraeo habetur: *Accingere gladio tuo super femur, fortissime, gloria tua, et decore tuo* (col. 1027). Quem sane locum melius vos intelligere non ambigo, quae ab ineunte aetate Christi gladio viriliter succinctae, didicistis multarum solatio ac si in acie fortiter pugnare.

perat uoluptates, gentilis quoque error deas uirgines finxit armatas. accinxit et Petrus lumbos suos et ardentem lucernam habuit in manibus. quod autem femor significet opera nuptiarum, his breuiter exemplis doceberis. Abraham mittens ad uxorem quaerendum filio suo Isaac dicit maiori domus suae: *pone manum tuam sub femore meo et adiurabo te per dominum deum caeli,* non dubium, quin per eum, qui de eius erat semine nasciturus. Iacob, postquam luctatus est cum homine, qui ei apparuerat ad torrentem Iaboc, Mesopotamia derelicta et terram repromissionis ingrediens non ante Israhelis sortitus est nomen, quam neruus femoris eius emarcuit. et ad filium loquitur: *non deficiet princeps ex Iuda neque dux de femoribus eius.* et rursum ipse moriturus Ioseph adiurat in femore suo, ne eum in Aegypto sepeliat. in Iudicum quoque libro legimus: *Gedeonis erant filii septuaginta, qui egressi sunt de femoribus eius.* in Can-

Ut sciatis autem semper virginitatem esse debere armatam, ac si in acie; quid gentilitas variis delusa erroribus sibi finxerit, recolendum censeo, quia virgines suas armatas semperque accinctas gladio multis exposuere figmentis. Sed et Dominus succinctos jubet lumbos habere, et lucernas ferre in manibus. Et Salomon in Canticis *sexaginta* potentes describit, de *fortissimis Israel* in circuitu Chore, *omnes tenentes* gladium, doctissimos ad bellum, viros accinctos gladio *super femur suum.* Quod autem femur significet opera nuptiarum docet Abraham, qui jubet servum jurare in ejus femore, per Deum coeli, qui ex eo nasciturus erat: nec non et in eo, ubi princeps de femoribus Judae repromittitur. Sed et Jacob moriturus adjurat Joseph in femore suo, ne eum sepeliat in Aegypto (col. 1027).

tico dicitur canticorum: *ecce lectus Salomonis. sexaginta potentes in circuitu eius de potentibus Israhel, omnes tenentes g l a d i u m, docti bellum, uir et gladius super femor eius* (p. 627 f.).

Et intende, prospere procede et regna propter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. in Hebraeo: *decore tuo prospere ascende propter ueritatem et mansuetudinem iustitiae, et docebit te terribilia dextera tua.* secundo scriptum est apud Hebraeos 'decore tuo,' ne quis id ipsum uitio librarii repetitum putet, et est figura, quae apud rhetores repetitio nominatur. more ergo panegyrici, quo laudatores loquuntur ad eos, quos praeconiis efferunt, armatum cohortatur ad proelium, ut semel arrepta bella non deserat et super hostium strages uictor incedens praeparet sibi regnum in his, quos de diaboli eripiens potestate suo copulauit imperio, et dicat: *ego autem constitutus sum rex ab eo super*

Hinc quoque sequitur vox Patris ad Filium: *Intende,* ait, *prospere procede, et regna.* Porro in Hebraeo habet rursus, decore tuo; ut sit sensus: decore tuo prospere ascende, et accingere gladio tuo, gloria, et decore tuo. Secundo vero decore tuo lecto, intende p r o s p e r e. Quod idcirco dixerim, ne quis putet in Hebraico vitium scriptoris esse. Sed est repetitio nominis tropice figurata, more panegyrico, quo genere laudatores rhetores et saeculares viri loquuntur, quando suis efferunt praeconiis quod laudare decreverunt. Sic itaque Deus Pater, volens instituere Filium suum humani generis, ad praelium armatum cum suo exercitu hortatur ad bellum procedere, ne semel arreptam deserat monomachiam. Imo super ho-

Sion, montem sanctum eius.

stium strages victor incedens, intendat q u a t e n u s praeparet s i b i regnum de his quos diaboli eripiens potestati suo copulaverit imperio, et dicat: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum suum* (col. 1029).

Nullique dubium ueritatem et modestiam et iusti t i a m Christum appellari, qui dicit: *ego sum uia et uita et ueritas* et: *discite a me, quia mitis sum et humilis corde,* et: *qui factus sum et humilis corde,* et: *qui factus est nobis a deo iustitia et redemptio et sanctitas.* haec autem uniuersa dicuntur in c o r p o r e, et exigantur in membris. uictoria domini seruorum triumphus e s t, magistri eruditio discipulorum profectus (p. 628 f.).

P r o p t e r veritatem, et mansuetudinem, et justitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Quae n i m i r u m omnia sic praedicantur in capite, ut deinceps exigantur in corpore. Sed longe aliter in illo, quoniam ipse per se et in se veritas est Patris, non accidens, sed naturalis et justitia. Unde ipse ait: *E g o sum via, et veritas, et vita.* Et Apostolus: *Qui factus est nobis a Deo justitia, et redemptio, et sanctitas.* Nulli dubium qui etiam mansuetudo Christus esse monstretur, dum victoria ejus triumphus servorum ostenditur, et eruditio m a g i s t r i disciplorum profectus (col. 1030).

Cor sapientis in dextera et cor stulti in sinistra eius.

Cor sapientis in dextera ejus, et cor stulti in sinistra

Christus in dextris est, antichristus in sinistris. Hebraica interpretatio distat in uerbis, non distat in sensu.

ejus. Propterea semper electi ad dexteram transeunt; reprobi vero in sinistris versantur. Unde signanter juxta Hebraicam interpretationem *docebit te* habet *terribiliter dextera tua* (col. 1031).

Sagittae tuae acutae, potentissime, populi sub te cadent in corde inimicorum regis. in Hebraico absque 'potentissime' reliqua similiter. et hic uersiculus tibi potissimum aptus est, quae iaculo domini uulnerata cum sponsa in Cantico canis: *uulnerata caritatis ego.*

Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent in corda inimicorum Regis. Puto in Hebraeo etiam et in Graeco, *Sagittae tuae potentissimae* habet. Quia omnino sagittae Domini nisi potentissimae forent, in subito non omnem mundum saevientem Christo prosternerent, neque corda omnium valide tenebrarent. Quarum jaculo sponsa in Canticis vulneratam se clamat: *Vulnerata,* inquit, *charitate ego sum* (col. 1031).

Nec mirum, si sponsus tuus habeat plures sagittas, de quibus in centesimo nono decimo psalmo dicitur: *sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis,* cum patris ipse sit iaculum et loquatur in Isaia: *posuit me quasi sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.*

Nec igitur mirum quia sponsus vester suis vos intus vulneravit sagittis, *cum carbonibus desolatoriis.* Quae nimirum sagittae potentissimae dicuntur. Ex quibus utique sagittis confixi erant et vulnerati, qui dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquere-*

his sagittis et Cleophas in itinere cum altero uulneratus aiebat: *nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia et aperiret nobis scripturas?* et in alio loco legimus: *sicut sagittae in manu potentis, ita filii excussorum.* his sagittis totus orbis uulneratus et captus est. Paulus sagitta domini fuit, qui, postquam ab Hierosolymis usque ad Illyricum missus arcu domini huc illucque uolitauit, ad Hispanias ire festinat, ut, uelox sagitta, sub pedibus domini sui orientem occidentemque prosternat. et quia plures sunt potentissimi regis inimici, qui uulnerati fuerant i g n i t i s diaboli sagittis et *quasi ceruus s p i c u l o percussus in iecore,* sagittae domini mittuntur ignitae cum carbonibus desolatoriis, ut, quidquid utii in corde inimicorum regis fuerat, excoquant et salutari igne ignem eiciant perditorem.

tur in via, et aperiret nobis Scripturas? Siquidem ipse de se per Isaiam loquitur dicens: *Posuit me quasi sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.* Nec dubium quin Pater sub tegumento carnis, et ideo quasi sub umbra manus suae, protexit eum. Qua itaque sagitta quaecunque anima fuerit vulnerata, inflammatur amore castae dilectionis, et resolvitur omnis duritia infidelitatis. Excoquitur p r u r i g o vitiorum, expellitur flamma concupiscentiarum ardore charitatis. Ignis siquidem igne vincitur, ita ut fornax Babylonis septuplum ab immundis spiritibus succensa restinguatur. Quae nimirum sagittae in manu potentis, totum potenter vulneraverunt orbem, et p r o s t r a t u s jam jacet omnis mundus Deo. Hinc jam in cordibus inimicorum victor regit et dominatur: quia ex inimicis et irae filiis fecit sibi amicos, quos sua regit v i r t u t e, et gubernatione principatur piissima (col. 1031 f.).

Sedes tua, deus, in saeculum saeculi, uirga directionis uirga regni tui. dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea u n x i t te, deus, deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis. in Hebraico: *thronus tuus, deus, in saeculum et in aeternum, sceptrum aequitatis sceptrum regni tui. dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea u n x i t te, deus, deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis.*

Sedes, tua, Deus, in saeculum saeculi, virga directionis, virga regni tui. Pro quo in Graeco thronus legitur, et in Hebraico *sceptrum* pro *virga* h a b e t u r (col. 1032).

Duas personas, eius, qui unctus est, dei et, qui unxit, intellege (p. 629 f.). Quod sequitur: *u n x i t te, deus, deus tuus,* primum nomen dei uocatiuo casu intellegendum, sequens nominatiuo (p. 632).

Quod sequitur: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus.* Primum Dei nomen vocativo casu intelligendum, sequens nominativo. Quia alius est Deus qui ungitur, alius ille a quo ungitur (col. 1032 f.).

In hoc loco ad regem, qui deus est, sermo dirigitur et dicitur ei, quod imperium eius—hoc e n i m intellego 'thronum' iuxta illud, quod scriptum est: *de fructu uentris tui ponam super thronum tuum*—finem non habeat. quod quidem et Mariae angelus nuntiauit: *da-*

In quo loco ad regem qui Deus est, sermo dirigitur, quem superius Pater sponsae, q u a m ducturus erat uxorem, suis commendavit praeconiis, ut amaretur amplius extulit laudibus. Tria ad regimen, quibus firmaretur thronus, edocuit. Deinde instruxit ad debellandos

bit ei dominus deus thronum Dauid, patris sui, et regnabit super domum Iacob in saecula et regni eius non erit finis (p. 631).

inimicos, et instituit ad revincendos adversarios. Quibus prostratis et subjectis sibi, thronus ei imperii offertur, et sceptrum dominantis, juxta illud quod scriptum est ad David: *De fructu ventris tui ponam super sedem meam.* Quod quidem et Mariae angelus nuntiavit: *Dabit ei Dominus Deus,* inquit, *thronum David patris sui, et regnabit super domum Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis* (col. 1032).

Sceptrum autem et uirgam insigne esse regnantis ipse propheta significat dicens: *sceptrum aequitatis sceptrum regni tui* (p. 632).

De quo, quia defecerat sceptrum de Juda, dicitur, *et sceptrum aequitatis, sceptrum regni tui.* Sceptrum namque regnantis est insigne et regentis ostensio (col. 1032).

Cui et deferatur imperium et qui propter dilectam iustitiam et exosam iniquitatem regnare dicatur et unctus esse oleo exultationis prae participibus suis, quasi praemium caritatis et odii in unctione sumpturus. docemur autem in utramque partem et amoris et odii esse in nobis semina, cum ipse,

Nunc ungitur prae consortibus suis, cum defertur ei thronus imperii, ob dilectam procul dubio justitiam, et exosam iniquitatem. Similiter unctus oleo justitiae in regnum dicitur. Quia non sufficit cuiquam justitiam diligere, nisi et iniquitatem perfecto oderit odio (col. 1032).

qui primitias massae nostrorum corporum l e u a u i t ad caelos, et iustitiam dilexerit et oderit iniquitatem. unde Dauid: *n o n n e odientes te, domine, oderam et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos* (p. 632).

Murra et gutta et cassia a uestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo. in Hebraico: *smyrna et stacte et cassia in cunctis uestimentis tuis de domibus eburneis, quibus laetificauerunt te filiae regum in honore tuo.* praefatio ipsa te docuit idcirco me hunc psalmum explanare uoluisse, quia ad uirginem scribens 'pro liliis et floribus' titulum repperi. itaque consequenter et istos uersiculos ad te referam, cui uolumen hoc scribitur. mortificasti membra tua super terram et cotidie Christo offerens m u r r a m Christi bonus odor es et propterea stacten, id est stillam uel guttam, exhibes domino. narrant et hi, qui aromatum nouere uirtutes, stactem flo-

Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo. Ubi pro gutta, alii myrrham, alii stacten transtulerunt. Casia vero est ipsa quae alio nomine fistula nuncupatur. Quarum v o s, sanctimoniales Christi species ac virtutes plenius cognoscere non ambigo, quoniam ista sunt aromata virtutum, quae quotidie in sacrificium Domino Regi offertis, quae mortificastis membra vestra super terram: unde et bonus odor estis Deo et cunctis hominibus. Nostis quia in titulo pro floribus seu liliis scriptum reperi: et ideo ad vos ex hoc Psalmo scribere delegi. Unde consequens est, quia myrrham primam vos

rem esse murrae.

ipsas Deo in odorem suavitatis offertis, ut de his speciebus aliquid latius edisseram, in quibus opera impenditis indesinenter, ut sponso per o m n i a placeatis. Ferunt equidem, qui de aromatum v i r t u tibus descripserunt, stacten florem esse myrrhae (col. 1035).

Quod autem sequitur 'cassia,' ipsa est, quae ab aliis σύριγξ, id est fistula, nuncupatur, uocalis in laudes dei et omnes pituitas et reumata uoluptatum suo calore excoquens. ubi in nostris codicibus scriptum est 'gutta' uel 's t a c t e,' in Hebraico 'aloth' legitur. unde et Nicodemus centum libras murrae et aloes ad sepeliendum d o m i n u m praeparauit et sponsus loquitur ad sponsam: *m u r r a et aloe cum omnibus unguentis primis* et illa respondit: *manus meae stillauerunt murram, digiti mei murra pleni.*

Porro cassia seu fistula, omnes pituitas et rheumata voluptatum suo calore in vobis excoquit ad purum, omnesque prurigines vitiorum detergit. Nam quod in quibusdam codicibus scriptum est, *gutta* vel *stacten* in Hebraico habet, *Ahaloth*. Unde et Nicodemus centum libras myrrhae et aloes ad sepulturam D o m i n i praeparavit. Unde sponsus ad sponsam loquitur in Canticis de his: *Myrrha et Aloe cum omnibus unguentis primis.* Et illa respondit: *Manus meae stillaverunt myrrham, digiti mei pleni myrrha probatissima* (col. 1035).

Proice et tu mortis opera Christo in baptismate consepulta et huic mundo mortua

Unde, charissimae, projicite mortis opera, Christo in baptismate consepultae, et

et nihil aliud nisi de caelestibus cogitans loquere ad sponsum tuum: *manus meae stillauerunt murram, digiti mei murra pleni.*

sub velamine sponsalitatis d o t e Domino consecratae: quia estis huic mundo mortuae, nihil aliud quam de coelestibus cogitate. Loquimini ad sponsum vestrum singulae, loquimini omnes: *M a n u s meae stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima* (col. 1036).

Legimus et unguentum sacerdotale, cuius et Dauid meminit: *sicut unguentum in c a p i t e, quod descendit in barbam, barbam A a r o n, quod descendit in oram uestimenti eius* (p. 633 f.).

Quod si vere perpenditis, et vos jam vestimentum estis Domini, in cujus ora vestimenti unguentum illud pervenit, quod a *capite in barbam Aaron descendit* (col. 1036).

Ex quibus laetificauerunt te filiae regum in honore tuo. rex regum et dominus dominantium sponsus tuus est. reges isti, qui sub tanto rege sunt reguli, patres tui sunt, qui te et euangelica genuere doctrina. horum tu filia honorificas in omnibus uestimentis et odoribus bonis et templo eburneo eum (p. 635 f.).

Vos estis filiae regum, quae laetificatis sponsum in decore vestro, in honore suo. Quandoquidem ipse sponsus vester est Dominus dominantium: et ideo multos sub se habet reges, quorum estis filiae. Eorum si quidem odoribus et doctrinis attractae, eorum utique unguentis delibutae, eorum floribus exornatae. Nam sub tanto rege plurimi sunt et subreguli, quorum estis filiae et ipsi patres, quoniam per Evan-

gelium Christi vos genuerunt, quorum estis doctrinis imbutae, documentis enutritae, ita ut et domus Dei et sponsae ac filiae sitis. Qua ex causa, charissimae, laetificastis sponsum in omnibus vestimentis vestris, quia vestimenta vestra virtutes sunt animorum, in cunctis bonorum operum odoribus, quatenus ei placeatis cui vos vovistis (col. 1038).

Pro eo, quod nos transtulimus 'domibus eburneis,' quia in Graeco scriptum est ἀπὸ βάρεων, quidam Latinorum ob uerbi ambiguitatem 'a grauibus' interpretati sunt, cum βάρις uerbum sit ἐπιχώριον Palaestinae et usque hodie domus ex omni parte conclusae et in modum aedificatae turrium ac moenium publicorum βάρις appellentur.

Sed a domibus, neque in Hebraico, neque in Graeco habetur, teste beato Hieronymo, quamvis ipse ita transtulerit. Quinimo in Graeco ἀπὸ βαρέων scriptum est, sicut et in Hebraeo. Nam domus in Graeco potius οἶκος dicitur, βαρύς vero *gravis*. Unde quosdam ἀπὸ βαρέων, *a gravibus* transtulisse legimus, ambiguitate verbi deceptos. Est autem βαρύς juxta Palaestinae provinciae proprietatem, genus domus ex omni parte conclusae, et in modum turris aedificatae, ac moenium publicorum, quae ebore interdum vestiebantur (col. 1037).

Adstitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato; quod sequitur: *circumdata uarietate,* excepta editione uulgata nullus interpretum transtulit. in Hebraico: *stetit coniux in dextera tua in diademate a u r e o.* ubi nos 'coniugem' u e r t i m u s, ibi apud Hebraeos legitur 'segal,' pro quo Aquila σύγκοιτον, Symmachus et quinta editio παλλακήν, id est concubinam, Septuaginta et Theodotion et sexta, 'reginam' interpretati sunt.

Unde beatus Hieronymus juxta Hebraicam veritatem: *Astitit,* inquit, *conjux a dextris tuis.* Porro Septuaginta *astitit regina* dixerunt; Symmachus vero, et quinta editio, *Astitit concubina.* A quibus interpretibus monstratur quod in una eademque sponsa, sicut unus est sponsus, ita una Ecclesia, sed diversi meritorum ordines. Deinde ubi Septuaginta dixerunt: *In vestitu deaurato;* Hieronymus: *Stetit,* inquit, *conjux in dextera tua, in diademate a u r e o* (col. 1040).

Deinde, ubi ego posui: *in diademate a u r e o,* Symmachus transtulit: *in auro primo,* Aquila, quinta et sexta: *in t i n c t u r a* uel *in auro Ophir.*

Symmachus vero ait, *in auro puro,* Aquila et quinta editio, sicut reperimus: *In t i n c t u r a vel auro Ophir* (col. 1041).

Quae filiae regum sunt et in sponsi parantur amplexus, per murram et guttam et cassiam et d o m u s eburneas delectant eum, cuius thronus in saeculum saeculi est.

Quinimo filia regum sese s e m p e r Christi praeparat conjugio, et delectatur in amplexibus ejus. Currit ergo post odorem unguentorum e j u s, quorum odor fragrat et r e s p a r g i t orbem universum. A vestimentis igitur quibus indu-

tus est, interdum diligitur: a domibus eburneis foedere perpetuo, cujus thronus est in saeculum s a e c u l i (col. 1038).

Quae autem iam super petram Christum stabili radice fundata est catholica ecclesia, una columba, perfecta et proxima, stat a dextris et nihil in se sinistrum habet (p. 636 f.).

Ex quibus omnibus, ut dixi, liquet quod una Ecclesia catholica, una columba perfecta et proxima, quamvis stet in dexteris virtutis Dei, et n i h i l habeat sinistrum (col. 1041).

Exin persona patris inducitur loquentis (p. 638).

Ex hoc vero loco aiunt, quod vox Patris primum loquentis introducitur (col. 1043).

Nemo dubitat patrem nostrum, antequam adoptaremur a deo, fuisse diabolum, de quo saluator ait: *uos de diabolo patre nati estis.* cum ergo, ait, antiqui patris fueris oblita et talem te exhibueris depositis pristinis sordibus, ut super fratruelem dealbata conscendas et quam possit diligere filius meus, tunc concupiscet rex decorem tuum. et ne putes unum esse de turba, a quo amanda es, ipse est rex tuus et dominus tuus. quia uero in-

Quod autem diabolus pater sit infidelium, testatur Dominus ad Judaeos: *Vos,* inquit, *ex patre diabolo estis.* Unde, virgo fidelis, si antiqui patris oblita, talem te exhibueris, depositis vitiorum sordibus, ut super sponsum et fratruelem tuum dealbata conscendas, quam possit diligere Deus Dei Filius: tunc Deus Pater: *Concupiscet,* inquit, *rex decorem tuum.* Quem non putes unum esse de turba, vel de numero caeterorum regum

terdum, qui reges et domini sunt, sunt quidem potestate reges et domini, tamen eiusdem naturae, cuius sunt illi, in quos dominantur et regnant, indico tibi, quod et deus tuus sit et debeas adorare eum. septuaginta interpretes non dixerunt *adorabis eum,* sed *adorabunt eum,* ut sit sensus: iste, qui te amaturus est, qui tuam pulchritudinem dilecturus, deus est et adorandus ab hominibus (p. 638 f.).

a quo amanda es. Noveris quia ipse est Rex tuus, et Dominus Deus tuus. Nam caeteri reges, licet domini sint aut reges, quia potestate utuntur: tamen ejusdem conditionis vel naturae sunt cujus et illi super quos dominantur et regnant. Iste autem quia Deus est, idcirco praecipio tibi, adora eum. Nam sic habetur in Hebraica veritate, *Adora eum.* Porro Septuaginta non dixerunt: *adora eum,* sed *adorabunt eum,* ut sit sensus: Iste qui te amaturus est, qui tuum decorem tuamque pulchritudinem dilecturus, Deus et Dominus, est ab omnibus adorandus (col. 1044).

Filia Tyri, in muneribus uultum tuum deprecabuntur diuites plebis. in Hebraeo: *et, o filia fortissimi, in muneribus faciem tuam deprecabuntur diuites populi.* uerbum Hebraicum 'sor,' quod in Hiezechiele iuxta Septuaginta legimus, interpretari potest et 'Tyrus' et 'tribulatio' et 'fortissimus' siue 'fortissima' et 'silex,' id est lapis durissimus. unde in prae-

Filiae Tyri in muneribus vultum t u u m deprecabuntur, omnes divites plebis. Porro in Hebraico habet: *O filia fortissimi in muneribus, faciem tuam deprecabuntur divites populi.* Quia verbum Hebraicum *Sor* interpretari potest et *Tyrus,* et *tribulatio,* et *fortissimus* sive *fortissima.* U n d e in praesenti loco interpretum o r t a est dissonantia. Sed

senti loco error ortus est; Aquila enim et Septuaginta et Theodotion et q u i n t a editio 'Tyrum' interpretati sunt, sexta uerbum Hebraicum posuit 'sor,' Symmachus κραταιάν, id est 'fortissimam.' nos id ipsum ad deum retulimus, ut illa, cui supra dixerat: *audi, filia, et uide,* filia fortissimi nuncupetur aut certe ipsa fortissima sit.

Quia imitata est fortem patrem, cuius uultum in diuersis muneribus deprecabuntur diuites plebis, diuites in cunctis operibus bonis et scientia siue, qui diuites putantur in saeculo, sapientes huius mundi et philosophorum disciplinis eruditi uel—q u o d melius est—qui ante diuites fuerunt habentes eloquia dei et testamenta et prophetas, id est de populo Israel.

Hieronymus secutus Symmachum, *F i l i a fortissimi,* transtulit: ut illa cui supra dixerat: *Audi filia et vide,* filia fortissimi Patris intelligatur, aut certe ipsa fortissima sit (col. 1047).

In cujus vultum prospiciunt universi,. et deprecantur, ut Psalmus canit, etiam cum muneribus omnes divites plebis Galliarum, quia de rosis gaudent se vindemiasse lilia. Divites autem qui venerantur et deprecantur C h r i s t i Ecclesiam in cunctis operibus bonis, sunt religiosi viri seu divites, qui dicuntur sapientes saeculi, philosophorum disciplinis eruditi, quorum adjuta eloquiis multum in principio floruit, una cum signis et prodigiis. Sed et divites fuere, quibus primum credita sunt eloquia Dei, habentes notitiam Testamenti Dei, scientiam prophetarum et sacramentorum c o e l e stium (col. 1048 f.).

Ut enim ante saluatoris aduentum hi, qui de Tyro erant, hoc est de populo gentium, et proselyti esse cupiebant, deprecabantur divitem populum Israhel et per eos introducebantur in templum, sic post aduentum domini, quicumque ex Israhel credere uoluerint — diuites quondam familiaritate et protectione dei —, uenient ad filiam Tyri et offerentes uaria dona uirtutum et confessionis in Christum deprecabuntur eam, ut salutem, quam perdiderunt in Iudaea, inueniant in gentibus.

Inter quos primum compulsus Paulus et A p o l l o, necnon et quamplures alii, multa munera detulerunt, quibus ditata est Ecclesia ex gentibus, deprecantes tamen ut reciperentur ad fidem infra C h r i s t i Ecclesiam, quatenus s a l u t e m quam perdiderant in Synagoga Judaeorum, invenirent in fide gentium. Quia sicut Dominus testatur, *non invenit tantam fidem in Israel*, quantam in gentibus (col. 1049).

Omnis gloria eius filiae regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta uarietatibus. in Hebraeo: *omnis gloria filiae regis intrinsecus, fasceis aureis uestita est.* pro eo, quod in Septuaginta scriptum est ἔσωθεν et nos uel 'ab intus' uel 'intrinsecus' interpretati sumus, in quibusdam exemplaribus inuenitur 'e s e b o n,' quod 'cogitationes' sonat. ex quo ostenditur omnem gloriam ecclesiae, cui supra di-

Omnis gloria ejus filiae Regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Ubi in Hebraico habet: *Omnis gloria filiae Regis intrinsecus, in fasciis aureis, vestita est in scutulatis.* Nam pro eo quod s c r i p t u m est, secundum Septuaginta in Graeco ἔσωθεν. Hieronymus *ab intus* transtulit, v e l *intrinsecus*, et legisse se dicit in quibusdam codicibus pro hoc verbo *Esebon,* quod *cogitatio-*

ctum est: *audi, filia, et uide* et: *o filia Tyri,* et nunc appellatur filia regis, esse intrinsecus et in cogitationibus, id est in interiori homine et in circumcisione non manu facta, sed spiritu, habente conscientia fiduciam apud deum et tota pulchritudine posita magis in sensuum nomine quam in flore uerborum.

nes sonat. Ex quo ostendit omnem gloriam Ecclesiae, cui supra dictum est: *Audi, filia, et vide,* et *O filia Tyri seu fortissimi,* quam nunc appellat filiam Regis, intrinsecus esse in cogitationibus, in interiore videlicet homine, et in circumcisione non manufacta. Vult in spiritu et conscientia habere fiduciam apud Deum, et totam pulchritudinem intrinsecus in mente positam, magis in tacita cogitatione cordis, quam in flore vel eloquentia verborum (col. 1049).

Quomodo autem in stamine, ex quo dependent fimbriae, subtemen intexitur et tota uestimenti uirtus in stamine est.

Nam fimbriae quarumlibet vestium de stamine semper dependent, in quo subtemen intexitur. Nam tota vestimenti virtus in stamine habetur, a quo fimbriarum pulchritudo descendit (col. 1050).

Ita in aureis sensibus scripturarum, in quibus uestis ecclesiae omnis intexitur, miscentur aliqua de natura, de moribus; et hoc ipsum significat uestis Aaron auro, purpura, cocco, bysso

Quibus induta diversitatibus Regina Regis filia, anima videlicet fide Christi vestita, necesse est amictu discolor, sicuti et Ecclesia catholica vestiatur. Haec namque est vestis illa significa-

hyacinthoque c o n t e x t a, q u a m fecerunt mulieres, quibus deus ad texendum dedit sapientiam.

ta, qua vestiebatur Aaron, quae auro, purpura, bysso, cocco et hyacintho contexta fuisse divinitatis praedicatur. Quam sane vestem mysticis ornaverunt sacramentis mulieres, quibus Deus ad texendum d e d i t sapientiam (col. 1051).

Et ut intellegere possimus omnem ornatum filiae regis intrinsecus, ipsa loquitur in Cantico: *introduxit me rex in cubiculum suum* (p. 639 f.).

Tanto puriores e s s e debent etiam intrinsecus, cum quibus versatur Deus. Alioquin sponsa Christi, quomodo dicat illud de Canticis: *Introduxit me Rex in cubiculum suum* (col. 1049).

Uariam habuit et Ioseph tunicam, quam ei texuit mater ecclesia. de his fimbriis saluatoris αἱμορροοῦσα unam tetigit et sanata est. quod autem in Hebraico scribitur: *fasceis aureis uestita est,* id i p s u m significat, quod supra: *omnis gloria filiae regis intrinsecus;* fasceis sensuum diuinorum interiora membra obuoluuntur ecclesiae et tota uteri tegitur ambitio. harum fasceārum non p o t e s t obliuisci sponsa secundum Hieremiam, quia mammas ligant et

Ipsa est etiam et tunica talaris, qua induebatur Joseph, quam ei contexuit mater Ecclesia. De hujusce fimbriis, unam tetigit mulier illa ex Evangelio, quae *sanguinis f l u m e n patiebatur.* Quod autem juxta Hebraicum: *Fasciis aureis vestita est in scutulatis,* licet aliis verbis, idipsum significare videtur quod dixerat: *Omnis gloria ejus filiae Regis ab intus.* Fasciis namque pectoralibus tota uteri tegitur ambitio, et componitur resolutio mammillarum:

pectus, in quo cogitationes sunt, protegunt.

deinde astringuntur viscera, ne venter latius intumescat. Sed fasciarum a l i a e sunt quibus virgines ornantur: aliae vero de quibus matronae, ut diximus, constringuntur. U n d e Hieremias propheta: *Nunquid,* ait, *virgo obliviscitur ornamenti sui, aut sponsa,* seu mulier, *fasciae pectoralis suae* (col. 1051).

Adducentur regi uirgines post eam, proximae eius adferentur (*tibi. adferentur*) *in laetitia et exultatione, adducentur in templum regis.* iuxta Septuaginta prior uersiculus adhuc de filiae canitur ornatu, sequens ad i p s u m sponsum regemque dirigitur. porro iuxta Hebraicum totum ad sponsam dicitur usque ad eum locum, ubi scriptum est: *pones eos principes in uniuersa terra,* et legitur: *in scutulatis ducetur ad regem, uirgines sequentur eam, amicae eius ducentur illuc. ducentur in laetitiis et exultatione, ingredientur thalamum regis.* multam esse distantiam animarum in Christo creden-

Adducentur Regi virgines post eam proximae ejus. Offerentur in laetitia et exsultatione, adducentur in templum Regis. Ubi juxta Septuaginta, p r i o r versiculus adhuc de filiae canitur ornatu, sequens ad ipsum R e g e m dirigitur. Secundum Hebraicum autem ex integro ad sponsam dicitur, usque ad eum locum ubi scriptum est: *Pones eos principes in universa terra.* Sed distinctio versuum nimiam saepe Scripturis, maxime tamen in psalmis et prophetis, facit ambiguitatem, et immutat sensus. Similiter et i m m u t a t i o personarum, quod in hoc Psalmo manifeste declaratur. Unde et hic

tium demonstrat Canticum canticorum (p. 642).

quod diximus, *in scutulatis*, h u i c versui applicatur, et principium facit. *In scutulatis ducentur ad Regem virgines, et sequentur eam amicae e j u s. Ducentur illuc, ducentur in laetitiis et exsultatione in templum Regis.* Ubi non t a m sensus quam distantia animarum in Christo credentium demonstratur (col. 1056).

Quae omnes cum laetitia et exultatione ducuntur in templum et in thalamum regis: in templum quasi sacerdotes dei, in thalamum quasi sponsae r e g i s et sponsi. hoc templum et Iohannes uidit in Apocalypsi et propheta desiderat: *unum petii a domino, h o c requiram, ut habitem in domo domini omnes dies uitae meae.* et iterum: *domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae* (p. 643).

Ut perveniant *cum exsultatione portantes manipulos suos* in templum Regis. Porro ad templum sic adducantur, ut sacerdotes sint; ad thalamum vero Regis, sicut sponsae et conjuges. Imo ex omnibus ut sponsa et conjux una sit virgo. Hoc quippe templum est quod Joannes vidit in Apocalypsi sua. Et Propheta dicit: *Unam petii a Domino hanc requiram, ut habitem in domo Domini, omnibus diebus vitae meae.* Et iterum: *Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis g l o r i a e tuae* (col. 1052).

Ex patris persona nequaquam de filia, sed rursus ad

Ut puta pro patriarchis, prophetae et pro prophetis

filiam sermo intellegi potest et ex spiritus sancti et ex filiorum Core. si ergo ad sponsam s e r m o dirigitur, sponsa autem de nationibus congregata est, cui supra dicitur: *obliuiscere populum tuum et domum patris tui*, debemus sponsae patres nosse, ut consequenter nouerimus et filios. 'pro patribus tuis, de quibus in Hieremia locuta es: *quam falsa possederunt patres nostri idola!* et: *non est in eis, qui pluat*, pro Platone, pro ceteris diuersorum dogmatum et errorum magistris n a t i sunt t i b i filii, quos constituisti principes tuos et fecisti in populis praeceptores.' uel certe aliter: 'o ecclesia, filii tui, quos genuisti tibi, uertentur in patres tuos, cum de discipulis eos feceris magistros et in sacerdotali gradu omnium testimonio conlocaris.' sin autem patres ecclesiae intellegimus Abraham, Isaac et Iacob et reliquos patriarchas, filios, qui ei in patrum honore sunt nati, apostolos intellegamus, qui missi sunt a d o m i n o praedicare usque ad extre-

apostoli, sicque deinceps apostolicus ordo sequatur, ut sit unus omnium eorum filiorum Core intellectus in Ecclesia, a principio usque ad finem, quoniam in omnibus sic propagatur et Ecclesia. Caeterum si ad eam loquitur tantum cui dixerat, *Obliviscere populum tuum*, ex gentibus debemus patres nosse, quibus filii nati sunt, omnes idola colentes. De q u i b u s Hieremias locutus est, *Quam false possederunt patres nostri idola, at non est qui pluat in eis*, seu philosophos, Platonem scilicet et Aristotelem, n e c n o n et reliquos, q u o s enumerare longum est, diversorum dogmatum vel errorum magistros. Pro quibus omnibus nati sunt Ecclesiae de gentibus filiis, doctores scilicet et rectores, quae constituit principes vel magistros: ac si ipsi Ecclesiae dicatur, filii tui, quos genuisti tibi, vertentur in patres, cum ex discipulis feceris eos magistros. Hoc quippe fieri quotidie cernimus in Ecclesia quod et usque in finem saeculi, fiendum minime dubi-

mum terrae et baptizare credentes in nomine trinitatis. sed quaeritur, quomodo ecclesia de gentibus patres habere possit Abraham, Isaac et Iacob, cum ei supra dictum sit: *obliuiscere populum tuum et domum patris t u i.* legamus euangelium: *nolite dicere: patrem habemus Abraham; potens est deus de lapidibus istis*—hoc est: de duro corde gentilium—*suscitare filios Abrahae,* et in alio loco: *si filii essetis Abrahae, opera Abrahae faceretis.* et in Genesi ad ipsum Abraham loquitur deus: *in semine tuo benedicentur omnes gentes.* sicut enim ille in praeputio ex fide iustificatus est, ita et nos iustificabimur in eadem fide, si habuerimus fidem et opera patris nostri Abraham (p. 644 f.).

Intellegens, quanta decoranda sit gloria et quibus tamus, ut successores apostolorum episcopi s i b i m e t succedentes p e r m a neant. Sin autem Abraham, Isaac, et Jacob, patres intellexerimus, filios Ecclesiae, qui nati sunt ei in loco apostolos voluerimus intelligere, q u i missi sunt a Domino praedicare usque ad extremum terrae; mox quaerendum quomodo Ecclesia de gentibus patres habuerit patriarchas, cum ei supra dictum sit: *Obliviscere populum tuum, et domum patris tui.* Nisi quia, sicut legimus in Evangelio, *potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae,* id est de gentibus: q u o d et factum credimus. Quia illi si filii essent Abrahae, o p e r a Abrahae facerent. Unde illis abdicatis, *in semine* Abrahae *benedicentur omnes gentes.* Quoniam sicut ille in praeputio justificatus est in fide: ita et nos in ejus fide justificamur, ut simus filii ejus, cui haec fides reputata est ad justitiam (col. 1053 f.).

P r o omnibus beneficiis, cum s e intellexit sublima-

praemiis subleuanda, conuertit ad sponsum uoces suas et pollicetur recordaturam se semper nominis sponsi in omni generatione et generatione. quod promisit, uidemus expletum. ipsa Christiana nobis omnibus Christianorum nomen inposuit, nomen nouum, in quo benedicuntur o m n e s familiae gentium (p. 646).

tam, praemiis ditatam, convertit ad ipsum sponsum vocem suam, et pollicetur recordaturam nominis ejus in omni generatione et generatione, id est in cunctis generationibus saeculi: quod adhuc hodie completur, et completum videmus intantum, ut nomen Christi sibi imposuerit ipsa Ecclesia. Unde omnes Christiani a Christo sunt vocati, ob recordationem et confessionem nominis Christi, quod est nomen novum, in quo benedicentur omnes familiae g e n t i u m (col. 1054).

Paschasius addresses the nuns of the St. Mary Monastery at Soissons with the exposition of Psalm XLIV only because Jerome similarly addressed the chaste Principia. He says brazenly that *he* thinks it opportune to compare the nuns with lilies, as though Jerome had not said precisely that. Nor has he any compunction about saying that he had found so and so in the beginning of the Psalm, which Jerome translated so and so, although he is all the time quoting Jerome's own words. In spite of the most violent dislocations, transpositions and paddings, the latter no doubt from other sources, Paschasius' plagiarism is obvious. In an age of intellectual honesty he would not have been tolerated, but in the Carolingian age few men were original, and pious and impious frauds passed for cleverness, or, at least, for scholarly pedantry. The plagiarism of Paschasius, who was one of the best

